Rozprawy
o panowaniu Jana Kazimierza
króla polskiego
odnoszące się

Od Bartynows. za 5 złk.

Carolus Gustavus 17 *r)* S. R. M. Sueciae binae literae, priores ad S. R. M. Christ. et posteriores ad Gen. Ordines foed. Belgii, contra causas expeditionis in Zelandiam contra reg. Daniae. b. m. i r. (k. n. l. 4)

18 *s)* Resurrectio Poloniae auxilio aquilae. b. m. 1658. (k. n. l. 2)

Paulli Jacob Henrick 19 *t)* Epistola amici ad amicum de causis renascentium dissidiorum Sueco-Danicorum. Hamburgi 1658. (str. 10)

20 *u)* Brevis discussio querelarum, quae per regis christ. legatos et internuntios contra augustiss. Imp. Ferdinandum III. propositae sunt. b. m. 1657. (str. 20)

Frischmann Johann 21 *v)* Labores electorii sive solennia electionis et consecrationis. b. m. 1658. (str. 30)

22 *y)* S. R. M. Sueciae commissariorum responsum ad literas legatorum electoralium Brandeburgicorum. b. m. 1659. (k. n. l. 24)

Frischmann Johann 23 *z)* Censura censurae in collegium electorale amicae. b. m. 1658. (str. 44)

24 *aa)* Biorenklou Math., Memoriale ad eminentiss. sereniss. S. R. I. electores. b. m. 1658. (str. 32)

25 *bb)* Peyrer Isa. Epistola ad Philotimum, qua exponit rationes propter quas ejuraverit sectam Calvini et librum de Praeadamitis quem ediderat. Francofurti 1658. (str. 36)

26 *cc)* Retz de Joan. Franc. Paul. de Gondi Omnibus episcopis, presbyteris et universis filiis ecclesiae. b. m. 1660. (str. 28)

Frischmann Johann 27 *dd)* Animorum in Europa et vicina Asia motus de Suecici belli motu in Polonia. Upsaliae 1656. (str. 75)

28 *ee)* Gabriis Luc. de. Injustitia armorum Suecicorum in Polonos responsione apologetica ad epist. Cyriaci Thrasymachi ad Andr. Nicanorem data, nec non ad brevem et preliminarem enumerationem causarum, ob quas Carolus Gustavus R. Suec. coactus est Reg. Pol. bello adoriri. b. m. 1657. (str. 60)

29 *ff)* Elogium funebre Ser. Caroli Gustavi R. Suec. Gothenburgi in Suecia Februario mense a. 1660 extincti. b. m. i r. (k. n. 14)

30 *gg)* Epitaphium Regni Daniae agonizantis, eiusque inopinata convalescentia et generosa resurrectio ex tumulo. b. m. 1660. (k. n. l. 4)

Rapp Christoph 31 *hh)* Homo politicus auctore Pacifico a Lapide. Cosmopoli 1664. (str. 30)

32 *ii)* Stetget Harip. Conjectio de futuro Romanorum rege promovendo in imperatorem. b. m. 1658. (str. 22)

Frischmann Johann 33 *kk)* Collegium reliquorum Imp. deputatorum ad Collegium electorale de praesenti statu Imp., imperatore eligendo, scribenda lege, annexis aliis. b. m. 1657. (str. 97)

34 *ll)* Responsio ad duo scripta Danica, quorum alterum sub

titulo Juris fecialis armatae Daniae, alterum sub nomine Manifesti exiit. Francofurti 1658. (str. 39)

35 *mm)* Epistola equitis Romani de eligendo rege Romanorum b. m. 1658. (str. 16)

36 *nn)* Brevis informatio et demonstratio, quam injuriosis et calumniosis persuasionibus feliciss. record. Imp. quondam Ferdinandum III. ejusq. filium Ser. Hung. et Boh. Reg. Leopoldum ablegatus Reg. Suec. coram electoribus et statibus imperii emisso in publ. libello accusatorio ruptae pacis insimulare conatus fuerit. b. m. 1658. (k. n. l. 15)

37 *oo)* Scher Mart. Vota Germaniae intranti Austriam oblata Leopoldo. b. m. i r. (k. n. l. 4)

38 *pp)* Biörenklou Math. Memoriale novum in puncto pacis et securitatis publ. quod nomine S. R. M. Sueciae d. 4 Maii a. 1658 exhibitum est S. Rom. Imp. collegio electorali. Francofurti 1658. (str. 7)

39. *rr)* Delirus prodromus in viam reductus. b. m. i r. (str. 6)

Frischmann Johann 40 *ss)* Delirus prodromus. b. m. 1658. (str. 14)

Schultz Peter 41 *tt)* Negeschius Petr. Comparatio inter Claudium Tiberium princ. et Olivarium Cromwellium protectorem. b. m. 1657. (str. 28)

Frischmann Johann 42 *uu)* Classicum belli christiani ad christiani principes orbis adversus christiani nominis hostes Ottomanidas. b. m. 1611. (str. 37)

43, *vv)* Disjectio rejecta sive iterata et constans querelarum Gallicarum discussio. b. m. i r. (str. 22)

Frischmann Johann 44, *yy)* Responsum ad nuperam illam admonitionem Gallico juxta ac Germanico stilo adversus sanctius Christianiss. Regis consilium publicatam ex causa Mardici Anglis belli contra regem catholicum sociis cessi. b. m. 1658. (str. 32) sk. 5. —

Exp. dobrze zachowany tego zbioru pism ulotnych do panowania Jana Kazimierza odnoszących się. Oprawa z wyciskami i klamrami.

1773. Pękalski Petr. De Petri militis per S. Stanislaum epit. Crac. resuscitatione. Cracoviae 1826. 8vo (k. n. 2, str. 23) br. —

1774. Peterek Jan. Wykład systematyczny zarazy bydlęcéj, przez J. N. Kurowski. Warszawa 1833. 8vo (str. 108, tabl. br. —

1775. Petricius Joan. Innoc. Historia rerum in Polonia gestarum anno 1620. Cracoviae b. r. 4to (k. n. 3, str. 77)
b) Princeps Polonus. Cracoviae 1633. (str. 109) psk. 10. —

1776. — Palaestra oratoria sive Imitatio Ciceronis. Cracoviae 162 4to (k. n. 50) br. 3. —

1777. Piasecki Fel. Wróżka, dramat. Kraków 1861. 8vo (str. 3 br. —

1778. — Jac. Mythologia Aeneidum P. Virgilii Maronis. Cracoviae 1635. 4to (k. n. 8) br. — 5

1754. Paradoxa koronne publica i privatim potrzebne szlachcicowi polskiemu, napisane r. 1603. Kraków 1853. 8vo (str. XXI k. n. 1, str. 152, k. n. 2) br. — 25

1755. Paritius Christ. Frid. Commentatio brevis ex historia literaria de quibusdam Silesiis eruditis in Polonia muneribus functis. Cracoviae 1816. 4to (str. 24) br. — 40

1756. Parkossius Jac. Antiquissimus de orthographia polonica libellus. Posnaniae 1830. 12mo (str. 99) br. — 50

1757. Parthenay v. A. Geschichte von Pohlen unter der Regierung August II. Mietau 1772. 8vo 2 Ty (I. str. XIV i 508; II. str. 640) p. 2. —

1758. — Histoire de Pologne sous le regne d'Auguste II. La Haye 1733. 8vo 2 Ty (I. str. XXIV i 256; II. str. X i 256) 2. —

1759. Paschacy Andr. Sig. Plausus laetitiae publicae ad triumphalem post victorias reditum serenis. ac invictis. princ. Joannis III. reg. Polon. etc. expressus. Cracoviae 1683. fol. (k. n. 14) br. — 50

1760. Pasternak K. F. Wielki świat małego miasteczka. Wilno 1832. 8vo T. II. (str. 214) br. — 25

1761. Pastorius Joach. Bellum scythico cosacicum etc. Dantisci 1652. 4to (k. n. 8, str. 269, k. n. 1) p. 7. —

1762. — Florus Polonicus, seu Polonicae Historiae epitome nova. Lugd. Batavor. 1641. 16mo (str. 215, k. n. 16) br. 1. —
Brak tytułu, dedykacyi i przedmowy kart 7.

1763. — dtto. Gedani et Francoforti 1679. 16mo (k. n. 22, str. 851, k. n. 20) psk. 2. —

1764. Paszkowski Franc. Mowa miana przy założeniu podstawy mogiły na pomnik Tadeuszowi Kościuszce 1820 r. Kraków b. r. 8vo (str. 12) br. — 25

1765. Paterkula K. Welleja Historia. Warszawa 1830. 8vo (k. n. 1, str. 276) psk. — 50

1766. Pauli Żeg. Pamiętniki do życia i sprawy Samuela i Krzysztofa Zborowskich. Lwów 1846. 8vo (str. XI i 215) br. 1. —

1767. — Pamiętniki o wyprawie chocimskiéj, z rękopismów i druków mniéj znanych. Kraków 1853. 8vo (str. XI i 184, k. n. 1) br. 1. —

1772. Pax Polono-Svecica, per deputatos ad id sereniss. ac potentiss. princip. Poloniae, Sveciae Regum legatos conlecta Olivae 1660. 4to (str. 22)

2. b) Pax Germano-Svecica etc. Viennae 1648. (str. 84)

3. c) Wolphius Joh. Pannonia perrorata panegyrice. b. m. 1652. (k. n. l. 10)

4. d) Rewa de Petr. De sacra corona Regni Hungariae. Viennae 1652. (str. 96)

5. e) Copia literarum cujusdem magnae dignationis Poloni Dn. Przimsky ad fratrem suum Dn. Christ. Przimsky Casell. Culm., in quibus amore patriae suae ductus explicat, quid sentiat de tractatu Polonorum cum Austriacis. Cusini 1657. (str. 11)

6. f) Biörenklou Mat. Memoriale iteratum in puncto pacis et securitatis publicae. Francofurti 1658. (str. 12)

7 g) Statera veritatis ad quam responsum Gallicum. b. m. 1658. (str. 27)

Frischmann Johann 8 h) Statera veritatem transgressa subversa. b. m. 1658. (str. 19)

9 i) Circa pacem religiosam ficta veraque propositio in Epist. ad D. Baronem. b. m. 1661. (k. n. l. 10)

10 k) Querelae universi cleri in Majori Polonia et Dioec. Posnan. super barbara Austriaci militis insolentia, in Ord. Eccl. et Christ. patrimonium exercita. Posnaniae 1658. (str. 4)

11 l) Olszowski Andr. Expositiones coram eminentis. D. Elect. Moguntin. b. m. 1658. (k. n. l. 2)

12 m) Olszowski Andr. Memoriale nomine S. R. M. Poloniae et Suec. ad S. E. Illustr. S. R. Imp. Electores, Principes et Ordines. b. m. 1658. (str. 4)

Frischmann Johann 13. n) Moguntini labores electorales, praevii et electorii. b. m. 1657. (str. 45)

14. o) Grandmont Ant. et H. de Lionne Memorialia bina, primum ad deputationem statuum ord., posterius ad collegium elect. directa. Francofurti 1658. (str. 15)

15 p) Disjectio brevis illius Gallicarum querelarum discussionis. b. m. 1658. (str. 16)

16. q) Pacificatio Ratisbonensis inter S. C. Maj. et Regem Franciae. b. m. i r. (k. n. l. 8)

EPISTOLA
AMICI AD AMICUM
De
Caussis renascentium dissidiorum
Sveco-Danicorum, &c.
SCRIPTA
HAMBURGI d. 11. Augusti, Anno 1658.

ILlustris & Generosissime Domine, Literas tuas, quibus iterum à me flagitasti, ut rationes Svecorum de non adhuc à se præstita Danicarum provinciarum evacuatione, & an apparentia aliqua sit rupturæ inter Sveciam & Daniam, Tibi perscriberem, rectè accepi: neque ulterior excusatio amicitiæ nostræ convenire visa est; præsertim cum Tibi obsequendo, etiã aliorum anticipatos errores cõvelli posse sperem. Si verò curiositati tuæ in omnibus non plenè satisfecero, Tibi id potius imputabis, qui impar privatæ sagacitati opus à me requisivisti. Quamvis autem fundamenta omnium harum rationum ex Instrumento Pacis hoc anno primùm in pago Torstrupio d. 18. Febr. conclusæ, deinde Roschildi d. 26. ejusdem mensis ampliori & extensa formâ comprehensæ & demum confirmatæ, peti debeant, non tamen opus esse arbitror hic omnes ejus articulos repetere, cum typis expressi non Tibi tantùm, sed toti Europæ satis aliàs sint cogniti, verũ sufficere si loca singula indigitavero, prout rerum ordine à me proponentur. Cum itaq; à parte Daniæ dicatur Ordinem evacuationis Artic. 16. ita claris verbis descriptum esse, ut Sveci ante diem 1. Maji omnia loca fortificata relinquere, & initium egressionis cum exercitu facere debuerint, à parte autem Sveciæ reponatur, verum quidem esse hoc de Ordine, eundem tamen ad alias multas conditiones adstrictum, quæ à Danis ante excessum copiarum implendæ, non verò impletæ; justam Svecis caussam dederint, cùm differendi exercitus egressum, tùm alia adhuc sequiora de tergiversatione & modo procedendi à parte Danorum metuendi: Ad *hæc duo*, scilicet quænam effugia Dani in præstandis quæsivisse, quæque machinamenta in Sveciæ alibi occu-

pandæ præjudicium præparasse perhibeantur, omnium momenta rationum me non ineptè reducturum arbitror.

I. Jam primùm quod attinet, Agitur Articulo 17. de sustentatione copiarum Suecicarum, durante ipsarum in Dania commoratione, deque non imponendis post diem conclusæ pacis ullis qualibuscunque oneribus & tributis; Hoc Dani latius, quàm par erat, interpretati, etiam illas contributiones, de quibus ante factam pacem Sueci cum Daniæ incolis, utrinque voluntariè, convenerant, prohibere, & in damnum militiæ Svecicæ convertere satagerunt, cum à parte Suecorum tantùm de abstinendo à novorum onerum impositione, non autem de veteribus jure belli & consensu Interessatorum impositis remittendis, promissio facta esset.

II. Articulo 4. perspicuè cavetur, nullam navem quæ literis Salvi passus demonstrare possit, se è Svecia vel *Subjacentibus* Sveciæ Provinciis esse, quibuscunque mercibus sit onusta, in transitu Sundæ vel Belthii ad vectigal, inquisitionem, molestiamve ullam adigi debere: Hoc Dani non observato, venientes proximè præterito vere naves Svecicas non tantùm visitationibus subjicere, verũ contrà expressa Articuli verba distinctionẽ mercium facere, & peregrinas, quamvis Suecicis navibus vectas, vectigalium impositione gravare tentarunt, ut perversa Instrumenti pacis interpretatione hoc commerciorum Svecicorum beneficium eluderent, & ad veterem visitationem, certificationumque iniquam praxin re ipsa revocarent.

III. Articulo 5. Ceditur Regi Regnoque Sveciæ perpetuum in Satisfactionem alibi occupatarum Provinciarum *Scania*, prout speciale cessionis diploma fusius explicat, cum omnibus Secularibus & Ecclesiasticis bonis, aliisque appertinentiis, tàm mari, quàm terra, quæ illuc jure pertinent, aut olim pertinuisse probari possunt. Erat in medio ferè Sundæ Insula quædam Wena, non situ tantùm & distantia Skaniæ quàm Sclandiæ propior, verum ex ipsis Danicarum antiquitatum monumentis à Hwitfeldio aliisque collectis patet dictam Wenam antea, quùm Skania in potestate Holsatorum & postea Svecorum fuit, semper unà eodem Imperio subfuisse tamen cum hæc Insula, tanquam jure Skaniæ appertinens, à Svecicis Legatis sibi cedi peteretur, non tantùm diutissimè refragati sunt Dani

Dani, verum constitit etiam deliberatum esse de tradenda potius eadem Insula in manus Hollandorum, quo tali Eridis pomo Sveci cum Hollandis concitari, & bello, diu à Danis desiderato variisque artibus promoto, implicari possent; quod an juxta Artic. primum *Sit damna alterius avertere, & commoda promovere, unicuique judicare inpromptu est.*

Articulo 8. mandatur omnibus cessarum à Danis Provincia- IV.
rum Inhabitatoribus, tàm Nobilibus quàm Ignobilibus, ut juramento se Regi Regnoque Sveciæ ad obsequium, fidem & Servitia obstringant, eo planè modo quo Daniæ ante hæc Regibus obstricti fuerant; juxta hoc à Nobilibus quibusdam, quorũ præcipuæ possessiones Skania continebantur, in Aula Danica laboratũ est, ut priori juramento & officiis liberarentur, quo Svecico Regimini se deinde melius obligare possent; à Danis verò summa iniquitate negatũ, neq; magis contra tenorem pacis, quàm liberam hominum voluntatem, injusta coactione, actum.

Articulo 11. Trium Svecicarum navium, quæ à Danis inter V.
initia proximi belli in Sunda arrestatæ captæque fuerunt, restitutio cum omnibus bonis, quibus onustæ erant, continetur; Cujus tamen conditionis effectui Dani, variè differendo & explicando, se subtrahere usque enisi sunt.

Articulo eodem statuitur, omnia quęcunq; vigore concessarum VI.
commissionum capi, sed ante conclusam in pago Torstrup pacem in salvo deduci nõ contigerit, ea possessoribus reddi debere; Si quæ etiã post pacẽ capta aliàs utrinq; essent, ea pari modo restituerentur: contra hoc autem Dani non tantũ debitã bonorum Colonelli Comitis Köningsmarkii octiduum à facta pace ad Rensburgum captorum redditionẽ variis excusationib. intervertere studuerunt, sed actas etiã è Guinea sub Danica cõmissione à quodã Carlosuio, homine nequã, prædas, quatuor tonnis auri æstimatas, & in Junio demum Glückstadium deductas, contra dicti articuli sensum reddere negarunt, ut adhuc illa de re controvertatur. Articulo 14. locorũ munitorum red- VII.
ditionem sine tormentis, commeatu, & ullis rebus bellicis fieri debere dicitur, cum tamen Sveci urbem Lalandiæ Naskoviam restituerẽt, & frumentum congestum una cum reliquo commeatu âvehere vellent, hoc vi à Danico Commissario prohibetur.

VIII. Articulo 16. duo millia equitum Regi Sueciæ à Danis promittuntur ſtatim tradenda, adeò ut expreſsè dicatur hoc Seládiæ evacuationem præcedere debere, & tamen in hunc uſq; diem non ultra millia centum extradita ſunt, Danis nihilominus egreſſum Svecicarum copiarum urgentibus, hac tam manifeſta anteceſſoria conditione ab ipſis non impleta.

IX. Articulo 22. de Satisfactione à Rege Daniæ Sereniſſimo Principi Holſatiæ Gottorpii danda agitur, conditionibus tamen ipſis ad utrorumque Commiſſariorum tractatus ante diem ſecundum Maji, ultimum ſcilicet evacuationis terminum, finiendos remiſſis. Hæc promiſſa ſua Dani adeo flocci fecerunt, ut tractatu diutiſſimè tracto, revocatis quoque quibuſdam rebus antea à ſe conceſſis, nullo amplius modo æquitati ſe accommodari paterentur, & conſiderabili denique proteſtatione Mediatoribus inſinuata, omnium ſequentium malorum culpam in Principem derivare conarentur, planè quaſi de novo belli cauſſam & occaſionem quærerent.

Ex his jam ſupra dictis gravaminibus non equidem negant Sueci quædam eſſe complanata, ſed, dilatæ tamen evacuationis cauſſâ in Danos rejectâ, multa adhuc reſtare affirmant, ab ipſis non præſtita, neque unquam illos adduci potuiſſe, ſi quæ illorum negotiorum inter ſe & Svecicos Legatos amicè tranſigi contingeret, ut illa ſcripto comprehenderentur, quamvis de eo quam maximè à Svecis moniti, verùm in controverſiis iſtis explicandis ita ſe ſemper geſſiſſe, ac ſi enodationi ipſarum verbo tantùm, & metu magis, quàm pacis æquitatisque amore aſſentiri, re ipſa verò diſcordiarum ſemina de Induſtria relinquere vellent. Atque ut formulam Salvi paſſus Nautici, aliaque quæ ad ceſſarum provinciarum jura, ſuperioritates & dignitates explicandas pertinent, non minimi licet

X. momenti, prætercam; Cum utrinq; Articulo 30. recipiatur nullam poſthac peregrinam & hoſtilem claſſem, cujuſcunque demum fuerit, per fretum Sundæ vel Beltii mari Balthico intromittendam, verùm unicuique à Sua parte quantum poſſit enitendum, quo talis claſſis introitus impediatur; Et quamvis inter tractandum Dani tunc promiſſi-

promisissent, in illum finem semper à sua parte decem naves armatas in parato futuras, hoc tamen postea ad instantiam Svecorum sæpius factam, nunquam effectu adprobare voluerunt, verùm partim imbecillitatem virium, pecuniarumque classi armandæ necessariarum penuriam causati, id differre, partim etiam suspectis explicationibus eludere conati sunt, dicendo se præsentia Svecorum bella cum Polono & Moscho non intellexisse, neque illis se motibus immixturos, si verò aliam ob causam Classis hostilis venerit, tunc quidem pro viribus se oppositures, *illâ verò nihilominus irrumpente, nequaquam se ad eam ulterius persequendam obligari.* Eoque magis Svecos ob manifestam hanc ludificationem indignatos accepi, quò Regem suum in conditionibus pacis proximè ferendis mitius se clementiusque erga Danos gessisse, & inter alia duo millia peditum, & duodecim naves bellicas ipsis ex gratia remisisse dicant, ea spe, ut ista indulgentia Danos sibi fortius devinciret, neque cunctis planè viribus spoliaret gentem ut ipsi Dani in necessitate constituti tum Svecis suggerebant mox arctissimo fœdere Sveciæ jungendam.

Proindè ut jam ad alterum membrum accedam, cum ex his omnibus Rex Sueciæ videret, multa per pacem conclusa apertè convelli, plurima quoque occultis cuniculis suffodi, non potuit non metuere, ne hæc tanta Danorum audacia tractatus pacemque eludendi, quum manente adhuc Svecico exercitu ita insolesceret, progressu temporis & interventu malevolorum major & intolerabilior redderetur. Quare non intermisit tàm ipse Gotheburgi Ablegato Danico Domino Owio Juul, quàm per Legatos suos Hafniæ ipsi Regi Senatoribusque Daniæ hæc omnia intimare, monens ut à talibus abstinerent, neque se antea exercitus suos è provinciis ipsorum educere posse, quàm executioni pacis omninò esset satisfactum. Cumque illas differentias à Danis, causam novi belli quærentibus, ex composito excogitatas esse suspicaretur, addidit etiam, ut, in majorem concordiæ securitatem, omnibus post conclusam pacem ab una vel altera parte commissis, novo Amnestiæ actu caveretur.

Hæc

Hæc quidem Regis Sueciæ monita, adpacis tantum effe-
ctùm & robur tendentia, cum timore quodam à Danis, utpo-
te malè sibi consciis, excepta sunt, cœperuntque tunc in mul-
tis meliores videri: postquam autem Rex Sveciæ iterum in
Germaniam ad Exercitum accessit, non credentes Dani Regem
natura fervidum parvis istis, ut vocabant, disputationibus à Ma-
joribus expeditionibus tardari posse, Verùm se metu Svecicarum
copiarum brevi liberatum iri, rursus ad priora consilia rever-
tuntur, quæ ut melius percipies, rem paulo altius repetam.

Cum pax præterita hyeme concluderetur, non destiterunt
Dani instantissimè flagitare ut Legati à Rege Sveciæ Hafniam
mitterentur ad arctius fœdus secum concludendum, cujus antea fun-
damenta articulis primo, secundo & tertio, Instrumenti pacis ja-
cta erant.

Hoc benè à Rege Sveciæ exceptum, præsertim cum ab ini-
tio sui regiminis & motibus Polonicis nihil magis desideravisset,
quàm ut Dania, juxta verum Interesse suum, ad Jura Maris Balthici
solis utrisque Septentrionalibus Regnis competentia tuenda, cum
Svecia se sociaret.

In hunc itaque finem cum Legati Suecici Haffniam venis-
sent, & omnia verbis Danorum & familiarissimæ contestationi
consona expectassent, cuncta statim contraria invenerunt, nec
articulos tantum conclusæ pacis in his jam supradictis parvi fieri,
verum etiam re vera nihil ab ipsis minus quam fœdus quæri, con-
silia cum exterorum Principum Legatis, Austriaco, Polono, Bran-
deburgico sæpius communicari; fœderibus cum iisdem in per-
niciem Sveciæ initis, ut Articulo secundo præcipitur, non renun-
ciari, sed potius adhuc quodammodo insisti, factam à Legato u-
niti Belgii, contra secundum & tertium Articulos pacis, protesta-
tionem benè excipi, & quod in præjudicium fœderis Dano-Bel-
gici conclusum Legatus querebatur, coactione excusari; deni-
que quicquid Legati Suecici de fœdere ineùndo proponebant, id
cum Legato Uniti Belgii Dani communicabant, & in perversan
partem de affectato à Suecis Maris Balthici dominio, & com

mercio

merciorum Monopolio interpretabantur, quicquid verò ipsi Dani afferebant, id contrarium paci, ipsa fœderis fundamenta, in exclusione hostilium classium è Mari Balthico, & fœderum alterutri præjudicantium abolitione sita, occultis machinis subruebat.

Ex fide digno accepi supremum Regni Daniæ Aulæ Ministrum Dominum Gerstorpium statim post factam cum Sveco pacem, multa cum Legato Belgico Domino Beuningo, qui nulla quidem Ordinum Fœderati Belgii culpa, sed privata sua malitia summus Sveciæ hostis semper fuit, in odium Regis Sveciæ collocutum, fingendo se ex ore Regis Sveciæ præcipuorumque Ministrorum ejus audivisse ingentes contra Hollandiam minas, quasi Belgas commerciis & mari Balthico excludere, & Dantisco occupato omni annona privare vellent; Imo pro certo asseritur, talibus clandestinis cum Polono correspondentiis, etiam Thorunii obsidionem Danos & caussatos esse & adhuc urgere, quo Svecos ad illius civitatis auxilium à se averterent.

Inter hæc vero omnia non prætermittebant Dani militum peregrinorum conductionem promovere, cumque non spernenda manus peditum in Belgio comparatorum initio pacis ibi casu detenta fuisset, apertè cum Legato Belgico ea de re expostulabant, questi consilia sua multum propter ea impediri. Pacis, credo, & non belli consilia fuerunt, quæ militum detentione tardabantur. Si verò belli & armorum, quem Danis hostem præter Sveciam, excogitabimus? Ipse sanè non amplius dubitaverim vera esse, quæ mihi vir quidam prudentia & fide perspectus nuper de consiliis Danorum retulit, scilicet ipsos palam affirmare se coactos, & metu totalis ruinæ pacem fecisse, & in conditiones neutiquam ferendas consensisse, contractu autem vi & metu extorto neminem obligari; Sveciam adhuc multitudini hostium succumbere, bellorum incertos esse casus, & occasionem rei benè gerendæ sæpius ex improviso nasci; non defuturum sibi nationalem militem, odio Sveeorum flagrante populo, & peregrino conducendo, classique armandæ sumptus Hollandiam suppedituram; Provincias per Pacem cessas fide, vel perfidia, incolarum non diffi-

culter posse recipi, societatem cum Austriacis, Polonis & Brandeburgo turpi paci præstare, neque prudenter posse rejici, denique aleam variabilem esse, & de novo jactam forsan melius successuram: Providendum modo, ut evacuatione à parte Svecorum ritè facta, provinciæ ablatæ restituantur, reliqua se postea ex tempore disposituros. Quicquid hoc sit, valde tamen metuo ne Dani hisce processibus, exitium Sibi & ultimam perniciem accersant. Scio Consilia ipsorum Svecis nota esse; scio etiam solennem Svecorum regulam, ut, cum ab ipsorum parte stent & justificæ caussæ & necessitas belligerandi, malint prævenire, quàm præveniri. Et jam fama accepimus Regem Svecorum 4000. peditum, & 2000. equitum exercitu navibus onerariis imposito, Kylonio solvisse, associatisque partim ex Svecia, partim à Dantisco venientibus navibus bellicis ultra quinquaginta, juxta Mœnum Insulam, propter quam versus Sundam navigantibus iter est, visum esse. Dicant ergo alii quicquid velint, hunc Svecorum apparatum militarem in Prussiam destinatum fuisse, mihi sane persvaderi non patiar, Regem non ingenio magis valentem, quàm usu exercitatum rursus se alio gravi & longinquo bello involuturum, relicto à tergo vicino Rege, quod voluntatem nocendi spectat, jam dudum hoste.

Daniæ verò non me miseret solùm ob hanc ipsis imminentem calamitatum molem, sed magis adhuc piget, quod cum Rem Sibi cum fortissima juxta & sagacissima gente esse sciant, consilia tamen sua non melius longiusque occultare potuerint, ad minimum eo usque quo Sveci Provincias ipsorum egressi novo bello occupati fuissent. Cæterum pauci abhinc dies omnem harum rerum nexum patefacient. Tu interim hæc, quæ nulli partium controvertentium obnoxius scripsi, me & Justitiæ & amicitiæ nostræ tribuisse existima, eo saltem nomine à Te boni consulenda. Vale. Hamburgi d. 11. Augusti, 1658.

1. Pax pax polono-suecica Olivae d. 3 Maja 1660
2 pax Germano-suecica Monasterii Westphalor. 24 pars 1648.
3 Pannonia perorata etc p Joh: Wolff 1652
4 De sacra corona regni Hungariae ortu etc Petri de Reva 1652